



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Avtberti Cameracensis Episcopi: Ex ea quæ extat apud V. P. Laur.
Sur. b Numeratur octauus eius Sedis episcopus. 2. Claruit Anno Christi
709. & sequentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

parerat honore, ex vltima Eustratij voluntate, honorificè condidit.

VITA S. AVTBERTI CAMERACENSIS Episcopi: Ex ea qua extat apud V. P. Laur. Sur. b Numeratur octauuseius Sedis episcopus. a Claruit Anno Christi 709. & sequentibus.

a Vide Tom. 8. Annal. C. Baron. & b Not. in Martyr. Rom.

S Autbertus & Christi sacerdos eximius temporibus inclyti Regis Francorum Dagoberti eius nominis secundi, spectata vitæ integritate & sanctimonia clarus, defuncto Alleberto Cameracensis sedis episcopo in dignitate successit. Quo honore decoratus summæ humilitatis vir, & cõtemptor terrenarum rerum eximius, hoc solum cogitabat vt purâ sanctamque Deo seruitutem exhiberet, & cunctos sibi subditos eiusdem sanctimonie ac puritatis participes faceret. Erat tãtis ornatus virtutibus vt ipse Rex Dagobertus, deposito regalis excellentiæ fastu, eius consuetudine colloquioque mirificè delectaretur. Qui cum ad eum de æterna futuri sæculi beatitudine, de gehennæ supplicijs, & pietatis studio, quo Christi gratiam comparamus, frequenter disserteret; Regis animus gaudio non modò exultabat, sed summi etiam beneficij loco reputabat, quòd tanti viri hospitio recipi eiusque familiari colloquio frui mereretur.

13. Decem. Succedit Alleberto in episcopatu.

Dagobertus Rex quantò eñ fecerit.

Discipuli eius viri sanctissimi s.

Landelini vita extat 15. Iunij.

Tom. 2.

* Eius vita vide apud Ioan. Molan. in Indic. SS. & Belgij.

Porro discipulos habebat vir sanctus Landelinum Crispinij Abbatem; Vincentium Madelgarium Comitem; & cõiugem eius sanctissimam Valdetrudè. Quorù sanctitati multi insuper diuini verbi præcones egregij, ex Sco-

*b Huius san.
Et vita ha
beat supra
9. Octob.*

*c Eius vita
extat. 6. Fe-
bruar. Tom. 1*

*Obitus eius
Felicitissimus.*

*Quiescit Ca-
meraci.*

6 Gisleus se adiunxerunt. Horum potissimum
studijs Hannonia à miseranda dæmonum ser-
uitute redēpta, Christianæ fidei mysterijs im-
biata fuit. Porro beatū Autbertū Angelos cor-
poralibus oculis sapē vidisse, multi audiēti.
Corpus S. Vedasti ex vili sepulchro in locum
cælitus designatum Atrebat, honorificè tra-
stulit: ac ibidem insigne Monasterium cōstru-
xit. Hisce alijsque, quæ ad posteritatis notitiam
non peruenerunt, virtutibus clarus S. Autber-
tus, cum maximis insitæ pietatis sanctitatisque
documentis è vita excessit. Corpus eius
fuit in basilica D. Petri, quæ tunc extra mura-
ciuitatis erat honorificè conditum: vbi ad re-
pora vsque Dadilonis, qui 14. ciuitatis istius e-
piscopus extitit, requieuit. Cum verò Nor-
manni Galliam depopulati essent, studio
magna eiusdem Antistitis diligentia in B. Ma-
riæ Ecclesiam translatum fuit: vbi multo tem-
pore quieuit: donec Herluini Præsulis succes-
sor Gerardus monasterium in quo sanctus Au-
bertus quiescit ab Herluino amplificatum, in
memoriam S. Pauli solenniter consecrauit, sa-
crumque S. Autberti corpus suis sedibus resti-
tuit, anno Christi decimoquinto supra mille-
simum. Qui locus haud procul abest ab eccle-
sia sanctissimæ Dei Genitricis: in quo recta si-
de petentibus, beato Autberto interce-
dente, beneficia diuina præstan-
tur eximia.

VIT
Bri
ven
Ma
E
frat
niet
religi
re in
cunct
conce
mira
pore
Cum
ior, d
uiffi
ge al
luffi
tente
tis, q
matt
niltr
tuit,
gra a
nis c
tate
ris v
indu
bera
gai a
nir

VITA